



Megety istius, de falsocognita chironij de Bettingcom, quae ut meminisse digneris, de si confari possis, festinetur: ignosce tuas facilitati, si quid fecero.

Desultoria tua momenta, cum is omnibus qui iudicare, valent  
Quid solidum crepit, aut picta sectoria lingua,  
grata, tum mihi gratissima fuisse, Vir Nobilissime, ne mirere  
si enim ceteris lectoribus usu veniat illud, quod mihi hiberna qua  
illa accipi die, verendum profecto, nequid in posterum Galenica  
natio & Resp. Pharmacopaeorum detrimenti ind. capiat. quippe  
cum isthaec primum in manus sumpti, e veteris qui me iam aliquot  
mensis occupat, illico evigilavi, & deinceps continua lectione  
hepar mihi sensim deobstrui sentire, mihi visus sum; quod si  
Tribunus quidam nationes Suenus haec nuper transiens ad fontem  
Spadanos, dicens inter alia, Ig sub das hippopondria, huius  
antidoti capax fuisset, non habuisset eò excurrere, homo, quantum  
ex naso colligere, cubat, minime ex aqua potorum profapia.  
Sed ut firid loquar, hoc absque figura dicere possum, me ita  
eorum lectione affici, ut difficile mihi sit non imaginari in  
pergula me cum amicis deambulare, & pristina amicitia  
condimenta regustare. Tui dum carendum fuerit, ad haec,  
tanquam ad tabulam, genium, <sup>tuum</sup> Barleci, Hooftij, Vicofortij ceterorumque  
amicorum mihi graphice referentem, recurreram. his me solabor  
in meo penexilio, quod mihi nunquam molestum erit, dum tu,  
Vir Nobilissime, me absentem amare perseverabis. Leodij III. Nov. Quint.

1737

Tui observantissimus  
Vanderburgh.

Hug. 87.





Hug. 37







